Prologus.

In eo anni jam per Dei gratiam vivimus tempore, quo olim Judaica Ecclesia pagentes mem-
oriam solenniter promulgatae legis celebravit, Deoque ter Optimo terque Maximo gratias egit immortales,
quod frugibus ad vitae sustentationem necessarijs iterum exornasset campum, easque omnia aut
jam jam concederet, ut eas demetere inque horrea colligere liceret. Ritus ille triste laudi
erat dignus, imo dignissimus, cum ipse Deus illum approbaret, pietas juberet, religio
efflagitaret. Quanto magis autem par est populum Christianum celebrare doctrinae Evangeli-
cae per universum terrarum Orbem ab eodem tempore promulgatae, ex Deo pro novis
Spiritus S. frugibus, quas nobis sua morte Filius Dei paravit, gratias agere. Et quidem sem-
per necesset, quum aequum esset. Nam enim quam facile contingere potuisset, ut a recta
aberrassemus via, nisi nostrae salutis assertor unicus Spiritum suum S. largissime effu-
disset, qui promissionem gratiae ac misericordiae divinae in nobis obsignaret ad Christum
Redemptorem humani generis manu quasi duceret. Huc huc igitur properate omnes
ac singuli, qui in regno meruistis vitalis gratiae, qui auditis Christiani ac persolvi-
te liberatori vestro gratias toto pectore immortales pro immenso Spiritus S. dono. Nolite
vos quicquam ab hoc Christianae pietatis opere retrahi. Ecce enim magnum festum hodie
celebramus in nostro Nissaeo Parnasso, quod non ita pridem celebravit Ecclesia.
Illud nempe festum non sine solemnitate festiva, in Officina hac Spiritus S.
repetimus, quo Paracletus venit et Apostolos novis virtutibus induit. Merito
autem festivitas haec primae gratiae, quae coelitus effusa; festivitas haec magna
Dei, quae diverso idiomate annunciata; festivitas haec insignium miraculorum
quae invisibili adventu Spiritus S. edita, ut in scholis quibusvis, ita praecipue in
hac nostra repetitur schola, inque eadem admirandum illud Spiritus S. opus pia me-
ditatione evolvitur, quo Apostolos quarumlibet linguarum cognitione ac usu in mo-
mento temporis instruxit. Etenim illa ipsa meditatio nos docet, quae pravitas nostrae
sit Naturae, tum quae gratiae divinae sit amplitudo, quae denique vitae coelestis sit
futura suavitas; Quid? Nonne humanae indolis pravitatem satis linguarum ar-
guit confusio? Arguit utique praecipue ubi e Moisis originibus abunde patet, q[uae]
sermonis humani ratio fuerit ab initio, donec in superbiae et arrogantiae poenam
turris Babylonicae aedificatio linguarum confusio disturbaretur. Nonne et divinae
amplitudinem gratiae satis illa visibilis Spiritus S. effusio arguit? Arguit utique
praecipue ubi ex Actis Apostolicis vel ipso sole liquidius constat, quomodo
Spiritus S. supra Apostolos effusus ad Christi redivivi gratiam et virtutem demonstrem